

ANDREAS SAMPERS

EPISTULAE 20 S. ALFONSI INEDITAE

INTRODUCTIO

Editione harum 20 epistularum manipuli ad plenam executionem perdu-  
cimur propositum nostrum an. 1961 enuntiatum, evulgandi nempe per par-  
tes epistulas S.i Alfonsi ineditas aut modo insufficienti vulgatas, decursu  
temporum in archivo generali collectas (1).

Publicavimus primo 86 epistulas annis 1762-1785 scriptas (2), deinde 24  
epistulas ex annis 1735-1759 (3). Adiungimus nunc 7 epistulas ex annis 1760-  
1762 (ante episcopatum); hoc modo totum periodum 1735-1785 complec-  
tentes (4). Adduntur 9 epistulae ad alios annos pertinentes, postea reper-  
tae (5), et 4 epistulae quarum annum scriptionis determinare nequivimus (6).  
- In universum ergo sunt 130 epistulae; quae certo non omnes ad cognoscen-  
dam personalitatem - vitam - operam Fundatoris nostri aequalis sunt momenti,  
attamen coniunctim sumptae non pauca continent quae scitu digna sunt in  
biographia S.i Alfonsi et historia Congregationis nostrae.

Transscriptio, quam infra praebemus, has origines habet: textus 7 epi-  
stularum depromptus est a nobis ex originalibus (7), 3 epistularum habemus  
fotocopiam (8), aliarum 11 epistularum nobis non adsunt nisi copiae, omnes —  
duobus exceptis — temporibus recentioribus factae (9), quae tamen non  
omnes ad unguem accuratae videntur.

Notamus inter epistulas transscriptas inveniri 2 litteras affiliationis (10). -  
Opportunum ducimus etiam inserere epistulam P.is Hieronymi Ferrari, qui  
amanuensem egit S.i Alfonsi in studiis et publicationibus ad theologiam mo-

---

(1) Cfr *Spic. hist.* 9 (1961) 296-297.

(2) *Spic. hist.* 9 (1961) 312-365; 11 (1963) 3-44, 277-305.

(3) *Spic. hist.* 12 (1964) 221-253.

(4) Infra nn. 1-7; epistula sub n. 5 transscripta auctorem habet P.em Hieronymum  
Ferrari; n. 17, quae epistula tardius nobis advenit.

(5) Infra nn. 8-16.

(6) Infra nn. 18-21. - In una epistula deest annus scriptionis, sed dies et mensis appositū  
sunt (n. 18); in 3 epistulis nulla invenitur temporis indicatio (nn. 19-21).

(7) Infra nn. 1, 2, 4, 5, 6, 8, 19.

(8) Infra nn. 17, 18, 20.

(9) Infra nn. 3, 7, 10, 11, 13, 14, 15, 16, 21; nn. 9 et 12 ex copia antiqua.

(10) Infra nn. 4 (ex originali), 10 (ex copia).

ralem attinentibus (11). Quamquam haec epistula non ab ipso S.o Alfonso data est, tamen proxime ad eius epistularium accedit, uti ex ipso documento clare patet.

In transscriptione easdem servavimus regulas ac in editione epistularum ineditarum prius vulgatarum (12).

Finem, saltem ad tempus, publicationi epistularum ineditarum S.i Alfonsi imponentes, gratias agimus ex corde iis qui adpellationem nostram secuti, nobis epistularum textus miserunt vel saltem earum existentiam indicaverunt, aut alio modo in hac re nobis auxilio fuerunt. - Diximus, nos nunc *saltem ad tempus* editionem sustinere velle, quia speramus, adiuvantibus confratribus aliisque studiosis, etiam in posterum epistulas S.i Alfonsi ineditas reperiri posse.

Fas sit iterare verba quae scripsimus an. 1961 editionem inchoantes (13): « Omnes de historia alfonsiana solliciti prudenter investigent, num similes 'reliquiae' [i.e. documenta S.i Alfonsi autographa] forsitan apud privatos vel in communitatibus religiosis, vel in thesauris ecclesiarum serventur; denique qui bibliothecas et archiva frequentare solent, inquirent, num inter manuscripta ibi conservata autographa S.i Alfonsi inveniuntur. Non nisi opere et consilio coniuncto omnium de studiis alfonsianis et de historia nostri Instituti sollicitorum possibile erit epistulas S.i Alfonsi in tantis archivis, bibliothecis, collectionibus, in ecclesiis, cappellis, monasteriis, conventibus, et apud homines privatos, passim in 'urbe et orbe' sparsas, colligere ».

Notitiae omnes et documenta in archivo generali religiose colliguntur et conservantur pro nova illa ac completa editione epistularum S.i Alfonsi, iam nunc maximopere optata, quam D.f. suo tempore proditurae speramus.

## DOCUMENTA

- I. - 1760 I 16, Nocera. - Litterae procuratoriae pro Fratre Gaspare Corvino (1). - Subscriptio autographa (2); litterae scriptae sunt a P.e Hieronymo Ferrari (3).

Constituit Fratrem laicum Gasparem Corvino procuratorem suum ad permutandum territorium in S. Angelo a Cupolo.

Transscriptio sec. originale, conservatum in AG.

(1) Infra n. 5.

(2) Cfr *Spic. hist.* 9 (1961) 298.

(3) *Spic. hist.* 9 (1961) 299.

(1) CORVINO Gaspar; \*Neapoli, bapt. 6 XI 1722 ibid.; sub finem an. 1739 in Congregationem admissus ut candidatus, veste religiosa indutus versus medietatem an. 1740, votum perseverantiae emisit die 16 IV 1743 Ciorani; † initio saec. XIX. - AG XL, B 15 (fides bapt. et conf. aliaque documenta; curriculum vitae); KUNTZ, *Commentaria* I 333-335, II 196. Nomen Fratris Gasparis Corvino non invenimus in Cat. IX (Catalogo dei Fratelli laici).

(2) Subscriptio litterarum authenticata est ut autographa S.i Alfonsi a P.e Iosepho Mautone, Procuratore gen. CSSR, Romae 2 IV 1840.

(3) Hieronymus FERRARI (1715-1767); notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 249 n. 55.

Col presente mandato di procura per modum epistolae io qui sottoscritto, Rettore Maggiore della Cong.ne del S.mo Red.re, non potendo di persona intervenire alle cose infrascritte e confidato all'integrità del Fratello Gasparro Corvino della medesima Cong.ne, perciò lo costituisco mio vero e legittimo Procuratore, assente come se fosse presente, a poter permutare un pezzo di territorio sito e posto nelle pertinenze di S. Angelo a Cupolo nel luogo detto i Men-caroni, franco e libero, con altro che sarà più comodo alla nostra casa di detto S. Angelo e particolarmente col territorio di Giuseppe Iannazzoni, dovendo però prima ottenere l'assenso della Curia Arcivescovile di Benevento; avendo per rato e fermo il tutto e non contravenire per qualsivoglia causa, che però giuro e mi obbligo &.

Dato dalla nostra casa di residenza di Nocera, oggi 16 Gennaio 1760.

Alfonso de Liguori R. M. costituisco come sopra

*Sigillum CSSR chartaceum  
in cera rubra impressum*

2. - [1760 V fine aut paulo post, Nocera] (1). - Epistula ad P.em Antonium Tannoia, rectorem in Deliceto (2) - Epistula autographa.

De opportunitate transferendi Frat. Ianuarius Labonia (3) in Caposele ad studia proseguenda.

Transscriptio sec. originale, conservatum in AG.

## V. Gesù e Maria

Qui tutti gridano, perché ho fatto restare F. Labonia ad Illiceto, dove poco si studia e poco voglio [che si studia], essendo li soggetti così infermicci; ed all'incontrario dicono ch'è giovine di riuscita e potrebbe fare il corso tirato a Caposele. Onde pensatela bene e scrivetemi, giacché io anteriormente avrei desiderato che andasse a Caposele. Onde, se non ci è alcuna ragione molto forte in contrario, sto ad intenzione che si manda. Per la salute non è ragione che mi capacita. - V. G. e M.

F. Alfonso &

*Inscriptio a tergo:*  
Al P. Rettore.

(1) Tempus scriptionis epistolae determinavimus ex eo quod brevi post professionem Fratris Labonia scripta est (vide infra notam 3).

(2) A tergo epistolae ipse S. Alfonsus notavit, eam ad Patrem rectorem esse destinata; uti patet ex argumento, est rector domus noviciatus in Deliceto, qui tunc erat P. Antonius Tannoia.

(3) LABONIA Ianuarius; \*16 VII 1739 Rossano, sedes archiepiscopalis, prov. Calabria Citra, nunc Prov. Cosenza; admissus ad noviciatum 24 V 1759, prof. 15 V 1760 Deliceto « nelle mani del P. Tannoia »; an. 1765 Congregationem reliquit. - Cat. I 23<sup>v</sup>; AG XXXIX 8r (curriculum vitae); KUNTZ VI 114 (natus: 18 VII 1739).

3. - 1761 II 19, Napoli. - Epistula ad Rev.mum D.num Carolum Nicodemi, Vicarium generalem dioec. de Nola (1).

De erectione novae confraternitatis in Saviano (2).

Transscriptio sec. copiam factam ca. an. 1910, conservatam in AG (3). - Alia manus ad oram notavit: « L'originale trovasi presso la famiglia Salomone in Avellino ».

Viva Gesù Maria Giuseppe

R.mo Sig.e Padrone colend.mo

Ieri sera fu qui in Napoli a ritrovarmi un buon sacerdote della terra di Saviano per quell'unione dei giovani, fatta nel suo paese sotto la sua direzione. Veramente il bene sarebbe grande, se potesse farsi ivi una nuova Congregazione. Ma io già gli feci le mie difficoltà, che ci vuole l'assenso Regio; ed egli mi rispose, che, sempre che Monsignore (4) desse il permesso, essi si procurerebbero l'assenso. Pertanto prego V.a S.a R.ma ad aiutarli quanto può, perché è cosa che può riuscire di molta gloria di Dio.

Resto raccomandandomi alle sue orazioni e facendole riverenza finisco con confermarmele

Di V.a S.a R.ma

Umil.mo e div.mo Servo vero

Alfonso de Liguori della C. del SS. Red.re

Da Napoli, 19 Febbraio 1761

*Inscriptio a tergo:*

Al Rev.mo Signor D. Carlo Nicodemo  
Vicario Gen.le  
in Nola

4. - 1761 III 16, Nocera. - Litterae affiliationis (1) pro Ill.mo D.no Michaelae de Ruggiero Casalisalbori (2). - Subscriptio autographa (3); litterae scriptae sunt a P.e Hieronymo Ferrari.

(1) Exc.mus Carolus NICODEMI, \*11 V 1718 Penta (archidioec. de Salerno), vic. gen. de Nola per 24 annos, Ordinarius de Marsico Nuovo a die 29 VII 1771, transl. ad Sedem de Sant'Angelo dei Lombardi e Bisaccia die 26 III 1792. - Cfr *Hierarchia catholica* VI, Padova 1958, 278 et 84.

(2) Saviano (casale) in prov. Terra di Lavoro, nunc prov. Napoli. - Cfr ea quae de Congregatione a S.o Alfonso instituta an. 1760 in Vignola refert O. Gregorio in *Spic. hist.* 9 (1961) 118-120.

(3) Ad oram infimam copiae notatur: « Vi è l'autentica di Mons. Salomone, Arcivescovo di Salerno », sine indicatione tamen, num epistula sit autographa, an tantum subscriptio a S.o Alfonso m.p. apposita sit.

(4) Exc.mus Troianus CARACCIULO del Sole, \*22 X 1685 Neapoli, Ordinarius de Nola a die 27 I 1738, † 15 II 1764 Nola. - Cfr *Hierarchia catholica* VI 312.

(1) Cfr litteras affiliationis lingua italica exaratas diei 16 XI 1758, editas a P.e O. Gregorio in ephem. *Analecta CSSR* 21 (1949) 157 (fasc. 4). Textus fere idem sonat. - Vide etiam infra epist. 10.

(2) Persona nobis non pressius nota. - Casalboro (terra) in prov. Principato Ultra, nunc prov. Avellino.

(3) A tergo litterarum manus antiqua notavit: « Firma di S. Alfonso, 1761 ».

Inter Confratres eum assumit et participem eum eiusque familiam reddit bonorum operum quae in Congregatione fiunt.

Transscriptio sec. originale, conservatum in AG.

Alphonsus de Liguori Rector Major Ven.lis Cong.nis

SS. Redem[p]toris

Nos, qui Dei miseratione in hanc S.mi Redem[p]toris Cong.nem vocati fuimus ad ejusdem proximius sectanda vestigia, qui, ut homines tanquam unius corporis membra arctissimo caritatis vinculo copularet, omnia merita sua in eos transfundere voluit nec transibat nisi benefaciendo, illius inhaerentes exemplo, Vos, Ill.me D.ne D. Michael de Ruggiero Casalisalbori, de nostra Congregatione ita optime meritos, eaque singulari voluntate erga illam perspectos, ut neminem Vobis amantiorem nostri vel majori studio nobis addictum noverimus, dum nullis pepercistis laboribus nihilque intentatum reliquistis ad nostra commoda promovenda, nostrisque favoribus, licet imparibus, ne ad partem quidem tantorum meritorum tuorum, quae maxima sunt et quae sermone comprehendi haud possunt, compensandam prosequi volentes, tenore praesentium et muneris nostri, quo fungimur auctoritate, Vos inter nostros Confratres assumimus atque aggregamus, nec non Vestram Familiam inter spiritualia Nostri Instituti participantes annumeramus, Vobisque omnibus omnium Missarum, Orationum, Praedicationum, Jejuniarum, Disciplinarum, Silentiorum, Obedientiarum, Itinerum, ceterorumque laborum ac cunctorum bonorum, quae per Nostros Collegiales in tota Cong.ne existentes Dei ope fiunt, tam in vita quam in morte communicationem libenter impertimur et concedimus.

Insuper volumus, ut quocumque domorum praedictae Cong.nis Vos vel aliquem Vestrorum contigerit advenire, vel ex proposito eo Vos contuleritis, omni quae meritis vestris debetur humanitate et officiosi animi argumentis, perinde ac illuc adventavisse, peramanter excipiamini.

In quorum fidem has litteras manu nostra signatas atque sigillo nostro munitas dedimus ex hac nostrae habitationis domo. Nuceriae, die 16 Martii 1761.

Alphonsus de Liguori R. M.

Hieronymus Ferrari Cong.nis S.mi Red.ris Secretarius

*Sigillum CSSR chartaceum  
in cera rubra impressum*

5. - 1761 IX 18, Nocera. - Epistula Patris Hieronymi FERRARI (1) ad Iosephum Remondini, editorem, Venezia.

Rogat eum, ne imprimat supplementum de aequiprobabilismo a S.o Alfonso missum (2). Quaedam notitiae de variis S.i Alfonsi libris.

Transscriptio sec. originale, conservatum in AG.

J. M. J.

Ill.mo Sig.re Sig.re P[adro]ne Col.mo,

Assai giudiziosa fu la lettera di V. S. Ill.ma diretta al nostro Padre (3), poichè niente fece sospettare che ne fosse stata prevenuta. Intesi però, giunto che fui qua, che s'era posto in forse se doveva mandare quell'aggiunta sopra l'equa probabile, perchè io prima di partire gli parlai fortemente che non doveva mandarla; ritornato poi me ne sono dimostrato alieno di sapere che avesse fatto. Ad alcuni Padri io di già ho manifestato con segretezza il mio operato. Se mai l'avesse mandata quell'aggiunta, scrivete che non giudicate stamparla, perchè di certo il Padre si quietà, e me ne comprometto io di farlo capace.

Si è scritto in Manfredonia (4) che si mandassero presto i libri, perchè l'italiana (5) si vende con più facilità, e Stasi n'ha fatto uno straldo [= *stralcio*] grande della sua stampa col aver calato il prezzo sino a carlini sei a tre tomi in 8°. Ed io, perchè non n'aveva di V. S. Ill.ma, mandava da lui (6).

Di quelle Teologie Morali italiane n'ebbi consegnate dal nostro Padre solamente 115, perchè l'altre l'aveva esitate (7) egli. Ebbi 204 *Visite* (8), *Apparecchi alla Morte* 300 (9), con tutti i *Direttorj* che sono intieri ancora. Tutti questi altri, mandati dopo, stanno tutti a conto mio.

(1) P. Hieronymus Ferrari amanuensem S.i Alfonsi egit in studiis et editionibus ad theologiam moralem attinentibus. Hac de ratione eius epistolam hic transcribimus.

(2) Cfr *Lettere di S. ALFONSO III* [1890] 132-135; D. CAPONE, *Dissertazioni e note di S. Alfonso sulla probabilità e la coscienza dal 1748 al 1763*: *Studia Moralia* 1 (1963) 293 ss.

(3) Epistulae editoris Remondini ad S. Alfonso tantum 3 et quidem ex an. 1756 adsunt in AG I D 36/33; omnes aliae nos latent.

(4) Rev. Dom. Sabatelli in Manfredonia. - Cfr M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie générale des écrivains rédemptoristes* I, La Haye-Louvain 1933, 127.

(5) Theologia Moralis in lingua italica, quae inscribitur: *Istruzione e pratica per li confessori* in 3 vol. - Cfr DE MEULEMEESTER, *op. cit.*, 89.

(6) Editor Michael Stasi an. 1760 editionem libri *Istruzione...* imprimi fecerat a typographo neapolitano Iosepho Di Domenico. - Vide ea quae de hac editione habet R. Telleria in *Spic. hist.* 9 (1961) 217-218. Editio describitur apud DE MEULEMEESTER, l. c.

(7) *Esitare*: fare esito, vendere. B. PUOTI, *Vocabolario domestico napoletano e toscano*<sup>2</sup>, Napoli 1850, 151.

(8) *Visita al SS. Sacramento...* - Cfr DE MEULEMEESTER, o. c. 56.

(9) *Apparecchio alla morte, cioè considerazioni sulle massime eterne...* - Cfr DE MEULEMEESTER, o. c. 96.

Non mancherò per diligenza ad impiegarmi a servirla; e pieno di stima mi raffermo di cuore

Di V. S. Ill.ma

[*Deest subscriptio*]

Nocera, 18 7bre 1761

*Inscriptio a tergo:*

All' Ill.mo Sig.re Sig.re P.ne sempre Col.mo  
Il Sig.r D. Giuseppe Remondini

Venezia

6. - 1761 XII 16, Nocera. - Epistula ad Iosephum di Domenico, typographum-editorem, Neapoli (1). - Tantum subscriptio autographa (2); epistula scripta est a Fratre Francisco Romito (3).

Sollicitat eum ad imprimendum librum *Visita* (4), secus alio modo consulendum erit, instante P.e Ferrari.

Transscriptio sec. originale, conservatum in AG.

Viva Gesù Maria e Giuseppe

Nocera, 16 Xmbre 1761

Sig.re Giuseppe mio,

Il P. Ferrari fa fracassi per la *Visita* e volea pigliare qualche spediante che a V. S. sarebbe dispiaciuto, ed io l'ho trattenuto. Veramente ha ragione; saranno già nove mesi che V. S. lo va trasportando da mese in mese. Se dopo queste feste neppure vorreste sbrigare la *Visita*, io non saprò trattenere più il P. Ferrari.

Se sapevamo ciò veramente, avremmo data a stampare la *Visita* ad altri. Che potea fare più il P. Ferrari, che dire di volere mettere a spese sue il resto della carta?; e neppure con ciò ha potuto arrivarci. Vi prego a scrivermi che risposta gli ho da dare.

Viva Gesù e Maria

Umil.mo Servo

Alfonso de Liguori del SS. R.re

*Inscriptio a tergo:*

Al Sig. Giuseppe di Domenico

(1) Iosephus Di Domenico illis annis varia S.i Alfonsi opera prelo suo multiplicavit. - Cfr *Spic. hist.* 9 (1961) 218.

(2) Subscriptio epistulae authenticata est ut autographa S.i Alfonsi a P.e Iosepho Mautone, Procuratore gen. CSSR, Romae 21. II 1840.

(3) Frater Franciscus Antonius ROMITO (1722-1807), per multos annos S.o Alfonso ut famulus addictus, etiam ei servivit ab epistulis scribendis. Notitiae biographicae in *Spic. hist.* 9 (1961) 324 n. 2.

(4) Apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 56 enumerantur diversae editiones libri *Visita* ann. 1760-1761 vulgatis; non habetur editio an. 1762.

7. - 1762 III 28, Nocera. - Epistula ad Rev.mum D.num Carolum Nicodemi, Vicarium generalem dioec. de Nola (1).

Gratias agit pro gratulationibus occasione promotionis ad Sedem de Sant'Agata de' Goti ei porrectis (2).

Transcriptio sec. copiam factam ca. an. 1910, conservatam in AG (3). - Alia manus ad oram notavit: « L'originale trovasi presso la famiglia Salomone in Avellino ».

Viva Gesù Giuseppe e Maria

R.mo Signore

Non posso non ringraziare infinitamente la bontà di V.a S.a R.ma, mentre si è degnata passar meco (4) gli uffici di congratulazione per lo governo conferitomi della Chiesa di S. Agata, quale io la prima volta subito rinunziai, e per l'età avanzata, e per le infermità continue. Ma il Pontefice non volle accettare detta mia rinunzia, anzi con una di Monsignor Uditore dei 16 del corrente mi mandò il precetto espresso di accettare tal carica (5); onde mi è bisognato sacrificare questi pochi anni di vita, che mi restano, alla divina volontà.

Per Napoli partirò verso l'ultimo di questa settimana; dopo Pasqua poi partirò per Roma, dove mi stimerò onorato dei favori del di lei signor fratello. Frattanto raccomandandomi alle sue orazioni mi dico

Di V.a S.a R.ma

Div.mo ed obbl.mo Servo vero

Nocera, 28 Marzo 1762 Alfonso de Liguori V° eletto di S. Agata

8. - 1765 V 6, Sant'Agata de' Goti. - Epistula ad Ioannem Bapt. Remondini, editorem, Venezia. - Tantum subscriptio autographa; epistula scripta est a secretario Felice Verzella (1).

Nuntiat se accepisse librum suum *Apologia* (2) et librum P.is Ferraris (3).

(1) De hac persona vide supra not. 1 ad epist. 3.

(2) De electione S.i Alfonsi vide artic. *Documenta circa electionem et consecrationem S.i Alfonsi in episcopum*: Spic. hist. 9 (1961) 270-290.

(3) Ad oram infimam copiae notatur: « Vi è l'autentica di Mons. Salomone, Arcivescovo di Salerno », sine indicatione tamen, num epistula sit autografa, an tantum subscriptio a S.o Alfonso m.p. apposita sit.

(4) In archivo nostro generali non conservantur epistulae Rev.mi Caroli Nicodemi.

(5) Epistulam Auditoris Andreae Negrone die 16 III 1762 ad S. Alfonsum datam transcripsimus in *Spic. hist.* 9 (1961) 275.

(1) De persona sac. Felicis VERZELLA et de necessitudine eius cum S.o Alfonso, cui ann. 1762-1772 ab epistulis fuit, vide notitias in *Spic. hist.* 9 (1961) 376-378.

(2) *Apologia ... in cui si difende la Dissertazione ... circa l'uso moderato dell'opinione probabile* [ed. 1762]...; Venezia, G. Remondini, 1764. - Cfr DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 127. Vide etiam D. CAPONE, *Dissertazioni e note di S. Alfonso sulla probabilità e la coscienza dal 1764 al 1769*: *Studia Moralia* 2 (1964) 92 ss.

(3) Agitur de Compendio vel melius de Supplemento libri P.is Lucii Ferraris OFM,



Transscriptio sec. originale conservatum in Bibliotheca Universitatis communalis in Amsterdam, Schenking Diederichs 120 Dc 1. (*Catalogus der handschriften* VI, Amsterdam 1917, 47).

V. G. M. G.

Scrivo uno verso. Ora appunto sono arrivate l'Apologia da Manfredonia colli due Compendj di Ferrari, ma non ci ho trovate le dediche (4).

Scrivo di fretta e resto

Div.mo ed obbl.mo Servidore vero  
Alf. M<sup>a</sup> V<sup>o</sup> di S. Agata &

Santagata, 6 Maggio 1765

*Inscriptio a tergo:*

All'III.mo Sig.re Sig.re P[adro]ne Col.mo  
Il Sig.re D. Gio. Battista Remondini  
Venezia

*Notitia a tergo* (5):

S. Agata. Mons. Liguori. 1765. 6 Mag<sup>o</sup>  
R<sup>o</sup> 3 [?] Giug<sup>o</sup> (6).

9. - 1775 X 30, Nocera. - Pars epistulae ad editorem Remondini, Venezia.

In archivio generali (I D 36/33a) conservatur folium plicatum (29 × 20 cm; 4 pp.), missum a familia Remondini (1) ut videtur P.i Antonio Tannoia, qui ad oram superiorem notavit: « Squarci di lettere ricevuti da Venezia ». Sunt excerpta ex 16 epistulis a S.o Alfonso ad Remondini datis ann. 1756-1775 (2). Omnes hae epistulae vulgatae sunt in epistulario alfonsiano *Lettere* III, excepta ultima. Textum completum huius epistulae invenire nequimus; transcribimus excerptum prout in folio habetur:

In altra [del] 30 8bre 1775.

Sì Signore, io ogni giorno raccomando la persona di V. S.

*Prompta bibliotheca canonica, iuridica, moralis, theologica necnon ascetica, polemica, rubricistica, historica...*; 1<sup>a</sup> ed. in 3 vol. in f<sup>o</sup>: Bologna 1746. Paulo post additum est vol. 4 cum supplementis variis.

(4) Argumentum huius epistulae repetitur in epistula sequenti S.i Alfonsi ad Remondini data die 12 V 1765, edita in *Lettere* III 248-249: « Già nella settimana scorsa scrissi a V. S. Ill.ma che mi sono giunte le 206 copie dell'Apologia colli due Compendj del Ferraris ».

(5) Huiusmodi notitia apposita est omnibus S.i Alfonsi epistulis a Remondini acceptis, ut videtur ratione ordinatae conservationis.

(6) Hac indicatione in epistulis ad Remondini datis ab editore notatur dies responsi.

(1) Incipit folium: « Fin dall'anno 1755 Mons. Alfonso de Liguori aperse un carteggio e corrispondenza di lettere colla nostra famiglia Remondini, avendone dato principio in occasione di esser da noi ricercato di spedirci la sua Moral Teologia, stampata la prima volta in Napoli, avendocela spedita corredata di aggiunte diverse e molte cancellature il giorno 15 Febb. 1757. La quale Teologia indi è stata sempre ristampata più volte con moltissime mutazioni dell'Autore, sino alla sua solida perfezione come lo è di presente ristampata l'anno 1785 ».

(2) Excerptae sunt tantum sententiae religiosae ac piae.

Ill.ma a Gesù Cristo, giacché per tanti anni ho avuta con lui continua corrispondenza, tanto più che questi miei anni ora stanno per finire. Prego Gesù Cristo che la prosperi ne' beni spirituali e temporali con tutta la sua casa.

10. - 1777 V 2, Nocera. - Litterae affiliationis (1) pro Ill.mo Rev.mo D.no Gulielmo Pallotta (2). - Subscriptio autographa; litterae scriptae sunt a Fratre Francisco Romito.

Eum participem reddit bonorum operum, quae in Congregatione fiunt. Transscriptio sec. copiam factam a P.e Eduardo Bührel, conservatam in AG. A tergo copiae P. Bührel notavit: « L'originale si trova a Roma presso i parenti dell'oblato ».

Alfonso Maria de' Liguori Vescovo e Rett.re Maggiore  
della Congregazione del S.mo Redentore.

Essendo la virtù della carità una delle più raccomandate dal Figliuolo di Dio a' suoi seguaci, e perché questa di sua natura cerca beneficiare e far parte agli altri de' beni che si godono: quindi mossi da questo spirito, ben volentieri riceviamo ed ammettiamo l'Ill.mo e R.mo Monsignore D. Guglielmo Pallotta, Tesoriere g.le della Santità di N.S. Pio VI, alla partecipazione ed al merito de' Sacrifizj, Orazioni, Mortificazioni, Missioni, Amministrazioni de' Sacramenti e di tutte l'altre pratiche devote ed opere pie che dalla Cong.ne in ogni tempo e luogo si esercitano. E ciò tanto a riguardo della sua nobiltà, dottrina ed istanze fattene, ma molto più per rispetto delle sue virtù e qualità personali, e per mostrare al medesimo una sincera gratitudine de' vantaggi procurati alla stessa Cong.ne. Confidando che seguiti collo stesso zelo a promuoverne gli avanzamenti nelle occasioni, che gli si presenteranno, a gloria del S.mo Redentore e beneficio del prossimo; che ardentemente supplichiamo a concedergli la vera felicità in questa terra e nella beata eternità. In nome del Padre, del Figliuolo e dello Spirito Santo, e di Maria Immacolata nostra singolare Protettrice. Amen.

Dalla nostra Casa di S. Michele di Nocera de' Pagani, 2 Mag<sup>o</sup>  
1777.

Alfonso de Liguori Vescovo ammetto come sovra  
F. Antonio Romito pro Segret.o

*Locus sigilli.*

(1) Vide supra epist. 4.

(2) Gulielmus PALLOTTA, \*13 XI 1727 Macerata, Card. creatus a Pio PP. VI die 23 VI 1777, † 21 IX 1795 Romae. - Cfr *Notizie per l'anno MDCCLXXXVIII*, Roma (Stamp. Cracas), pp. 109-110; *Hierarchia catholica* VI, Padova 1958, 32 n. 13; MORONI, *Dizionario...* LI, Venezia 1851, 66 (« morì ... compianto da tutti i buoni, chiamato specchio di virtù e modello di rettitudine »).

11. - [1739?] VI 20. - Epistula ad D.num Ferdinandum (1).

Nuntiat ei, quod brevi mittet notitias.

Transscriptio sec. copiam factam ex originali a Rev. G. B. Lupo et cum eiusdem epistula diei 28 IV 1900 ex Agrigento ad P.em Alexandrum Jafrate, Romam, transmissam.

Viva Gesù Maria Giuseppe e Teresa

Cior[ani], 20 Giugno

Don Ferdinando mio,

Sapessi quanto ò fatto per Porpora (2) et ancora ò da avere rispota, perché è stato fuori; e perciò non vi ò scritto, perché volea mandarvi la risoluzione. Ma tra breve l'aspetto e spero che Maria ci consoli. - Fra tanto raccomandatemi a Maria. Null'altro.

Viva Gesù Maria Giuseppe e Teresa

Vostro Aff.mo  
Alfonso di Liguori

12. - [1744?] (1). - Memoriale ad Regem Carolum III de Napoli (2).

Exponit statum Congregationis: existunt duae domus, in Ciorani scilicet et in Pagani; opus specificum sunt Missiones in terris magis destitutis variarum dioecesium; in domibus dantur exercitia spiritualia tam ecclesiasticis quam laicis.

Transscriptio sec. adumbrationem-minutam, conservatam in AG.

V[ostra] S[acra] M[aestà]

La Congregazione del SS. Salvatore è numerosa di venti soggetti, de' quali quindici ne sono già sacerdoti oltre alcuni serventi.

Vivono divisi in due case: una in Diocesi di Salerno e propriamente nella terra di Ciorani, eretta dalla felice memoria di Monsignore Fabrizio di Capoa (3) verso l'anno 1736 con duecen-

(1) Alia epistula S.ii Alfonsi ad D.num Ferdinandum transcripta est a P.e Gregorio in *Spic. hist.* 12 (1964) 268-269.

(2) Conservatur in AG I D 36/7 epistula cuiusdam Iosephi Porpora, die 20 XI 1739 Neapoli scripta ad S. Alfonsum, qua nuntiat, se venire non posse.

(1) In memoriale dicitur, quod 2 domus Congregationis existunt: in Ciorani (fund. 1736) et in Pagani (fund. 1742), relicta domo in Scala (1738). Scripta est ergo ante finem anni 1744, quando fundatio in Deliceto perfecta est, sed post mortem Exc.mi Thomae Falcoia (20 IV 1743). - Vide etiam *Lettere* I 96-98.

(2) Quamquam expositio haec non est scripta nec subscripta a S.o Alfonso, iure tamen a compilatore inventarii archivi nostri generalis ut auctor habetur; saltem S. Alfonsus est auctor « intellectualis », ideoque iustificata videtur insertio memorialis inter has epistulas.

(3) Exc.mus Ioannes Fabritius DE CAPUA, \*14 IV 1685 Portici, archiep. de Taranto a die 22 XII 1727, transl. ad Sedem de Salerno 11 XII 1730, † 18 III 1738 Salerno. - Cfr *Hierarchia catholica* V 368, VI 363.

to docati di rendita, assegnati da D. Andrea Sarnelli, figlio del Barone di detta terra, con promessa fatta nell'istromento di accrescere la suddetta rendita dopo sua morte di altri docati cento (4).

Un'altra in Nocera e propriamente nell'Università de' Pagani, per cui fu loro fatta donazione dal sacerdote D. Francesco Contaldo di alcuni suoi beni che danno di rendita annovi [= annui] docati centocinquanta, oltre una Cappellania perpetua di annovi docati sessanta, fondata dalla Signora D. Antonia Contaldi (5).

Questa Congregazione ebbe principio l'anno 1732 nella Diocesi di Scala sotto la Direzione del fu P. D. Tommaso Falcoja, Vescovo di Castellamare; ma questa casa si abbandonò per giusti motivi, quando si fondò la nuova in Ciorani (6).

Per tutti questi anni si sono continuamente impiegati i sacerdoti di detta Congregazione in ajuto delle anime specialmente colle Missioni, ch'è il loro speciale intento, ne' paesi più bisognosi non solo delle suddette Diocesi di Scala, Salerno e Nocera, ma ancora di Amalfi, Cajazzo, Cava ed altre; ed hanno avuto ancora l'onore di essere impiegati dall'odierno zelantissimo Signore Cardinale Spinelli alla cultura de' casali della sua Diocesi di Napoli colle sante Missioni. Nelle loro case danno ancora in più volte l'anno gli Esercizj spirituali ad ecclesiastici e secolari; ed in Ciorani tengono a tal fine un edificio assai capace e comodo, dove da più anni da diverse Diocesi vicine mandano continuamente i Vescovi gli ordinandi ed anche i sacerdoti in gran numero.

13. - [1747?] (1). - Ultima pars epistulae (2) ad Vincentium Fungarola, « Arciprete in Caposele ».

Sollicitat intercessionem eius apud Ordinarium (3) pro fundatione in Caposele.

Transscriptio sec. copiam, ad AG missam die 5 II 1904 ex Sciacca.

...

Mi dispiace che si perde questa bell'opera in Conza. Ma

(4) De fundatione in Ciorani cfr M. DE MEULEMEESTER, *Origines de la Congrégation du Très-Saint-Rédempteur* I, Louvain 1953, 99 ss.

(5) De fundatione in Pagani cfr *op. cit.* II, Louvain 1957, 67 ss.

(6) De suppressione domus in Scala cfr *op. cit.* I 117 ss.

(1) Vide aliam epistolam ad Fungarola datam an. 1746, transscriptam in *Spic. hist.* 12 (1964) 231-233.

(2) Charta laesa est eo modo, ut primus epistulae passus legi nequeat.

(3) Exc. mus Iosephus DE NICOLAI (1695-1758), archiep. de Conza (1731-1758); notitia biogr. in *Spic. hist.* 12 (1964) 232 n. 7.

sta ora per disfarsi questa cosa con tutti gli assensi ricevuti. - Io per rimediare mando un fratello apposta all'Arciprete Rossi, che veda esso di andare all'Arcivescovo, se può, a rimediare; altrimenti della fondazione non se ne parlerà più.

Non scrivo a Santorelli per fretta. Vedete costì Voi ancora di fare qualche cosa con Monsignore, s'è possibile. Ma Monsignore è duro nelle cose sue, onde non ci ho troppo speranza. Ma chi ci parla? Ci avrebbe da parlare forte e metterlo in scrupolo che per cagione sua ora già si dimette quest'opera di tanta gloria di Giesù Cristo.

Io mai ho da forzare li soggetti a venir di mala voglia in Caposele con tante riserbe e cagioni. - V. Giesù e Maria.

*Inscriptio a tergo:*

Al Rev.mo Sig.† D. Vinc° Fungarola  
Arciprete in

Caposele

14. - [1756] VIII 20, Nocera. - Epistula ad P. em Petrum Petrella (1), Ciorani.  
- Epistula autographa.

Rogat eum, ut in Deliceto eat. Nuntius de hac translatione detur medico Santorelli (2) in Caposele, ne eam in malam partem accipiat.

Transcriptio sec. copiam factam ca. an. 1910, ad cuius oram superiorem notatur: « Lettera scritta tutta e sottoscritta da S. Alfonso, che si conserva nella Casa del Can.co Ramaschiello in Nocera dei Pagani » (3).

Viva Gesù, Maria, G. T.

Nocera, 20 Ag°

Vi prego di andare ad Iliceto ad aiutare quella povera casa, mentre il P. Giovenale (4) vi ha mandato cercando. La Messa però la seguitate a dire per chi la dicevate.

Essendo però che il medico Santorelli vi voleva a Caposele per confessare la moglie, fate così: Quando siete ad Iliceto, dopo due settimane scrivete a Santorelli che state ad Iliceto, perché l'aria di Ciorani non vi confaceva per la testa e neppure quella di Caposele, onde avendo voi desiderata la stanza d'Iliceto per la testa, io

(1) Petrus PETRELLA (1726-1771); notitiae biographicae in *Spic. hist.* 8 (1960) 192 n. 41.

(2) Nicolaus SANTORELLI, medicus in Caposele, amicus Congregationis, optime notus ex biographiis S. i Gerardi. - In AG XXXIX 157 conservantur 7 eius epistulae ad P. em Petrella scriptae ann. 1756-1757. An. 1756 P. Petrella collegio in Deliceto adscriptus est; cfr *Lettere* I 356.

(3) Exc.mus Dominicus RAMASCHIELLO, \*16 X 1813 Nocera dei Pagani, Ordinarius de S. Agata de' Goti prom. 22 XII 1871, † 22 I 1899 in Sede. - Cfr *La Gerarchia cattolica e la Famiglia pontificia* an. 1872, p. 56; *Idem* an. 1899, p. 170; *Idem* an. 1900, p. 206. Elenchus Ordinariorum de S. Agata a P. e Gregorio compilatus habetur in *Spic. hist.* 9 (1961) 553.

(4) Franciscus GIOVENALE (1719-1782); notitiae biographicae in *Spic. hist.* 8 (1960) 192 n. 41.

ve l'ho concessa. Così scrivete, acciò non ci disgustiamo Santorelli, a cui per altro abbiamo obbligazione. - Vi benedico.

V. Gesù, Maria, G. e T.

F. Alfonso del SS. Red:

*Inscriptio a tergo:*

Al R.do P. Petrella del SS. Red.re  
Ciorani

15. - [1759] II 21, Napoli. - Epistula ad P.em Gasparem Caione (1). - Epistula autographa (2).

De dimissione cuiusdam clerici studentis e Congregatione

Transscriptio sec. copiam factam a P.e Aegidio Zanoni (3), qui ad oram infimam copiae notavit: « [L'originale] sta nel coro delle Benedettine in Bauso in una cornice con cristallo ».

Viva Gesù Maria G<sup>e</sup> e T<sup>a</sup>

Napoli, 21 Feb<sup>o</sup>

Vi ho scritta un'altra mia da Nocera. Ho già dispensati i voti e licenziato dalla Congregazione (4), perché è pazzo, né è più cosa per la Congregazione. Mandate subito a chiamare il padre che lo venga a pigliare e frattanto trattate (5) da forastiere. Non lo fate venire né al refettorio, né a studio, né alla ricreazione.

Benedico tutti. Io sto qui per dar gli esercizi alla casa del Cardinale (6)

V. Gesù Maria G. T.

F. Alfonso del SS. Red.re

16. - [1759?] V 6, Napoli. - Epistula da D.num Petrum, pictorem. - Epistula autographa.

Eum invitat, ut Neapolim veniat, ad copiam cuiusdam imaginis B.M.V. conficiendam.

Transscriptio sec. copiam, conservatam in AG. Eadem manus quae copiam confecit pag. 2 notavit: « Copia di una lettera autografa di S. Alfonso

(1) Gaspar CAIONE (1722-1809); notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 240 n. 20.

(2) Epistula authenticata est ut autographa S.i Alfonsi a P.e Iosepho Mautone, Procuratore gen. CSSR, Romae 20 II 1838.

(3) Aegidius ZANONI, \*2 XII 1824 Lazise (Verona), † 30 XII 1895 Scifelli. - Cat. XIII 119 n. 849.

(4) Nomen deletum est.

(5) Nomen deletum est.

(6) « Nella cappella del Palazzo arcivescovile D. Alfonso M. de Liguoro predica i SS. Spirituali Esercizi alla Famiglia arcivescovile ed ai membri della Curia. Due prediche al giorno, cui assiste puntualmente il Card. Sersale (26-31 marzo) ». - Nota in « Diari dei Cerimonieri della Cattedrale di Napoli » vol. XVIII parte II fol. 130<sup>v</sup> (an. 1759), edit. in *Asprenas* 8 (1961) 69.

M. De Liguoro, che si conserva quale preziosa reliquia presso il Signor Salvatore Guerrasio gioielliere, domiciliato Vicoletto Mezzocannone n. 2, Napoli 2 Febbraio 1894 ». - Versione germanica haec epistula edita est in *Briefe des hl. Kirchenlehrers ALFONS M. VON LIGUORI III*, Regensburg 1894, S. 783.

Viva Gesù Maria G<sup>e</sup> e T<sup>a</sup>

Napoli, 6 Mag<sup>o</sup>

D. Pietro mio,

Ierisera ho parlato al Cardinale (1) per copiare quella Madonna, e sta in Napoli, non alla Torre (2). Onde abbi pazienza; pigliati il galesso (che lo pagheremo qui) e vieni subito, perché ti tratterai con me in questi giorni che io sto in Napoli.

Io sto alla casa di Liguoro alli Vergini, vicino al palazzo di San Felice, all'ultimo appartamento (3), e portati i pennelli. Vi aspetto subito. - V. Gesù Maria G<sup>e</sup> T<sup>a</sup>

F. Alfonso de Lig<sup>o</sup> del SS. Red.re

17. - 1761 I 11, Nocera. - Ultimus passus et subscriptio epistulae ad Sor. Claram Gayano, Ravello. - Tantum subscriptio autographa (1); epistula scripta est a Fratre Francisco Romito.

Dat consilia spiritualia. Commendat emptionem libri sui *La vera Sposa*, cuius primum volumen nuper prodiit (2).

Transscriptio sec. photocopiam, conservatam in AG; originale in archivo Prov. Coloniensis, (Geistingen) Hennef/Sieg (3). - Epistula edita est in *Lettere I 449-450* « conforme all'edizione romana ».

V. Gesù M<sup>a</sup> e Gius<sup>e</sup>

Nocera, 11 del 1761

Mi consolo che ringraziate Gesù C. della grazia fatta...

...  
E a rivederci in paradiso.

Io ho fatto un libro per le monache che si chiama *La vera*

(1) Iosephus SPINELLI, \*1 II 1694 Neapoli, archiepisc. de Napoli a die 15 XII 1734, card. creatus 17 I 1735, sese a Sede neapolitana dimisit die 8 II 1754, † 12 IV 1763 Romae. Cfr *Hierarchia catholica* V 173, VI 304 et 7-8. - Antoninus SERSALE, \*26 VI 1702 Sorrento, archiepisc. de Napoli a die 11 II 1754, card. creatus die 22 IV 1754, † 24 VI 1775 Neapoli. Cfr *Hierarchia catholica* VI 132, 304, 17.

(2) Torrè del Greco in prov. Terra di Lavoro, nunc prov. Napoli.

(3) De palatio Liguori, de ecclesia B.M.V. Virginum, de palatio Sanfelice vide R. TELLERÍA, *Peregrinus alphonstianus*, Roma 1957, 19-21; cfr etiam expositionem P.is Tellería in hoc fasciculo p. 118.

(1) Subscriptio epistulae authenticata est ut autographa S.i Alfonsi a P.e Iosepho Mautone, Procuratore gen. CSSR, Romae 2 IV 1838.

(2) Cfr DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 107 n. 43. - Primum operis volumen editum est an. 1760; alterum vero an. 1761.

(3) Gratias agimus R.P.i Henrico Tritz, archivi Prov. Coloniensis praesidi, qui nobis photocopiam epistulae misit.

*Sposa di Gesù Cristo.* Mandatevelo a pigliare in Napoli alla libreria del Signor Michele Stasi (all'incontro il monastero di S. Liguoro), perché esso l'ha stampato a spese sue ed esso lo vende, e lo vende 25 grana. E quando esce appresso il secondo tomo, pure mandatevelo a pigliare. - Resto

V. Gesù Maria G<sup>e</sup> e T.

Umil.mo Servo  
Alfonso de Liguori del SS. Red.re

*Inscriptio a tergo:*

Alla Sig.ra D. M<sup>a</sup> Chiara Gayano  
nel Monastero della S.ma Trinità di  
Ravello

18. - ? II 17, Nocera. - Epistula ad superiorem quendam. - Epistula autographa (1).

Dat varias instructiones.

Transscriptio sec. photocopiam factam die 28 VIII 1954, conservatam in AG; originale in collegio CSSR, Bld. Montparnasse 170, Paris.

Viva Gesù Maria G. T.

Noc[era], 17 Feb<sup>o</sup>

Sì Signore, quella licenza che diedi al P. Margotta (2), giacché esso non viene, la do a V. R. Non si può negar niente a D. Benedetto (3); ringraziatelo da mia parte.

I danari teneteli, cioè li scudi 600, e per la prima occasione mandateli a me solo per persona sicura. Frattanto avete fatto bene a trattenervi.

Mi [è] stata mandata questa lettera anonima ed io neppure intendo che cosa dice. Leggetela. - V. Gesù Maria G. T.

Il P. Meo (4) dopo la Rocca mandatelo qui. - V. G. e M.

F. Alf<sup>o</sup> del SS. Red.re

19. - ? ? ? - Epistula ad P. em Dominicum Siviglia (1). - Epistula autografa (2).

Mittit ei quosdam libellos et imagines. Quoad vitae regulam sese directioni Patris rectoris submittat.

(1) Epistula authenticata est ut autographa B.i Alfonsi a Iosepho Mautone, Procuratore gen. CSSR, Romae 3 XI 1835.

(2) Franciscus Maria MARGOTTA (1699-1764); notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 259 n. 101.

(3) Rev. Dom. Benedictus GRAZIOLI, insignis Instituti benefactor. - Cfr *Spic. hist.* 12 (1964) 241 n. 5.

(4) Alexander DI MEO (1726-1786); notitiae biographicae in *Spic. hist.* 2 (1954) 247 n. 45.

(1) Dominicus SIVIGLIA (1730-1797); notitiae biographicae in *Spic. hist.* 12 (1964) 251 n. 2.

(2) Epistula authenticata est ut autographa B.i Alfonsi a Iosepho Mautone, Procuratore gen. CSSR, Romae 1 IV 1838.



Transscriptio sec. originale, conservatum in AG. - In originali tres sententiarum partes lineis deletae sunt et legi nequeunt (3); omnes simul sumptae septem epistulae versus efformant. In transscriptione omissiones tribus punctis inter uncus quadratos positus indicantur.

Viva Gesù Maria G. T.

Mando la *Visita* ed i libretti ed una figura del Crocifisso, non cinque; giacché V. R. è una persona, non cinque; ed un'altra della Madonna. La *Visita* non importa ch'è vecchia, questa tengo.

[...] ed ho scritto al P. Rettore, come vi ha da regolare. V. R. vuole da me la regola per l'interno ed esterno; faccia tutto quello che le dirà il P. Rettore; perché sinora la cosa [...] e così potea V. R. [...] nello spirito. E così fate l'ubbidienza e non ci vuol altro.

Vi benedico. - V. Gesù Maria G. T.

F.llo Alfonso del SS. Reden.re

*Inscriptio a tergo:*\*

A R. P. Siviglia del SS. Red.re

20.- ? ? ? - Epistula ad parochum ignotum. - Epistula autographa.

Gratias agit. Patres et Fratres a Ciorani venient ad Missionem tenendam.

Transscriptio sec. photocopiam, conservatam in AG. Originale in archivo Prov. Neapolitanae, Pagani.

Viva Gesù Maria G. T.

Molto Rev.do P[adro]ne Sig.re e P[adro]ne Col.mo,

Non ho modo di ringraziare la carità, la cortesia e l'affetto di V. R. Ho scritto al Collegio di Ciorani; m'hanno scritto che verranno tre Padri e due Fratelli, e verranno alla prima Missione. - Non altro.

Nuovamente la ringrazio e prego Gesù-Cristo che le rendano tanta carità. La ringrazio ancora delle sue bellissime e divotissime Novene.

Resto baciandole le mani e confermandomi

Viva Gesù Maria G. T.

Di V. R.

Umil.mo e div.mo S<sup>v</sup> vero

Alfonso de Liguori della C. del SS. Red.re

---

(3) Varii conatus vocabula deleta recreandi saltem ex parte, ita ut sententiae in contextu explicari et intellegi possint, inanes remanserunt. Gratias agimus amico experto Prof. Doct. L. Longo, qui praeest officio biochimico celebri instituti romani ad libros curandos et reficiendos, a primo direttore « A. Gallo » denominati (Istituto di Patologia del Libro, Via Milano 76, Roma).

21. - ? ? ? - Epistula ad P.em Antonium Tannoia, rectorem in Deliceto. -  
Epistula autographa.

Rogat eum, ut mox mittat Fratrem Dominicum (1) in Ciorani.

Transscriptio sec. copiam, factam ca. an. 1920 a P.e Iacobo Cristini, qui ad oram infimam copiae notavit: « Copia conforme all'originale scritto tutto di mano di S. Alfonso, e si conserva nella Cappella di Mons. Prospero Scaccia, Arcivescovo di Siena ».

Viva Gesù e Maria

Vi prego senza meno di mandar subito senza dimora Fratello Domenico di Solofra a Ciorani. Ed avvisatemi che l'avete mandato. Non altro. Vi benedico ecc.

Viva Gesù Maria G. e T.

F.llo Alfonso del SS. Red.

*Inscriptio a tergo:*

Al R.do P.re e F.llo dilet.mo in Gesù Cristo  
Il P. D. Antonio Tannoia del S.mo Red.e Rett.

Ponte di Bovino  
per S. M. della Consolazione in Iliceto

---

(1) Frustra conati sumus hanc personam pressius determinare catalogis aliisque archivi generalis documentis.